

Succedit disciplina fervorum Ecclesie, ac modestia, quam magnopere in eis Ecclesia semper optavit: unde in Concil. Aurel. sub Childeberto can. 23. cautum fuit ita: "Servus Ecclesie, vel sacerdotum, pradas, & captivitates exercere non licet, quia iniquum est, ut quorum domini redemptionis prebitate solent iustitiam, per fervorum excelsam disciplinam ecclesiasticam maculetur." Educabantur quique servi Ecclesie cum spe clericalis gradus, quibus si mores, & studia que honesta favebant, clericalis ordo concedebatur. Concil. Tolet. 1. can. 74. ibi: "De familiis Ecclesie constituere presbyteros, & diaconos per parochias liceat, quos tamen vitæ rectitudo, & probitas morum commendat." Concil. Emerit. can. 18. Toletanum 9. can. 11. ibi: "Qui ex familiis Ecclesie servituri devocantur in Clerum ab Episcopis laicis, necesse est, ut libertatis percipiant donum, & si honeste vitæ claruerint meritis, tunc demum majoribus fungantur officiis: quos vero flagitii sordidaverit incorrigibilis noxa, perpetua servitus conditionis relegat in carcerem." Aliquando vero, ut eorum improbos mores compellerent Ecclesie Prælati usque ad membrorum truncationem deveniebant, quam emendationis speciem, ut indignam majestate sacerdotis reprehendit Synodus Emerit. can. 15. verbis his: "Placuit huic sancto Concilio, ut omnis potestas Episcopalis modum suæ ponat iræ, nec pro quolibet excessu culibet ex familia Ecclesie aliquod corporis membrum præsumat extirpare, aut auferre; quod si talis ejus erit culpa, advocato iudice civitatis ad examen ejus deducatur. Quoad fervorum Ecclesie dignitatem, & privilegia constat eos eodem gradu, ac pretio, quo servos Regios fuisse, unde qui servum Ecclesie interfecit, triplum restituere tenebatur, sicut qui servum Regium occiderat, legit. Alemanniensis, tit. 8. ibi: "Si quis servum Ecclesie occiderit, in triplum componat, sicut solet servus Regis." Et tit. 22. de receptione fervorum fugit. ibi: "Si quis mancipium Ecclesie aut servum, aut ancillam fugitivum receperit, aut ipse presbyter requirit, aut missus ejus legitimus, & ille neglexerit reddere, & contra legem antisterit, facit solet aliis Alemanniensis componere, ita & tripliciter componat." Et legitibus Ripuariorum c. 9. cavetur: "Si quis regium hominem interfecerit, centum solidis culpa judicatur, Et c. 10. Si quis hominem Ecclesiasticum occiderit, quod solidis culpa judicatur." Præter hanc cum servis regis parem conditionem, & illa sint fervorum Ecclesie prerogativa, ne fisci oneribus tenerentur, videlicet ne cogi possent ad angarias, & parangarias, sicut reliqui ex servis, qui vehicula, & operas suas conferre tenebantur. Conc. Tolet. 3. can. 22. ibi: "Quoniam cognovimus per multas civitates Ecclesiarum servos, & Episcoporum, vel omnium clericorum, a iudicibus, vel actoribus publicis diversis angariis fatigari, omne Concilium a pietate Domini nostri poposcit, ut tales deinceps ausus inhibeat; sed servi supra scriptorum officiorum, in eorum usibus, vel Ecclesie laborent. Si quis vero iudicem, aut actorem, clericum, aut servum clericum, vel Ecclesie in publicis, aut privatis negotiis occupare voluerit, a communione ecclesiastica privetur."

Ex his apparere, missimum servitutis genus fuisse, quo servi Ecclesie tenebantur, & pium servitium, quod in Ecclesiam impendebant, & ita eos ab Ecclesia distrahant, & in laicam manum transferri, poena, & supplicium fervorum videbantur, qui meliorem, ac clementiorem dominam nasci non poterant, quam Ecclesiam, & eorum familia alienati non tam mutale servitium videbantur, quam amissa libertatem, ut in præsentibus textu docetur; quod & facile suadet si attendamus studium Ecclesie in extraneis servis ad eam consuetudinem ab injuria dominorum liberandis, de quibus in l. 1. c. de his qui ad Ecclesiam: si enim servi atrocitatem dominorum metuentes, ad Ecclesiam confugebant, non prius ab ea avelli poterant, quam si dominus solemnem sponsonem dedisset de servis non laedendis. Unde lucem sumit canon 39. Concilii Epauensis: "Servus reatu atrociori culpabilis, si ad Ecclesiam confugerit, a corporalibus tantum supplicibus excusetur, de capillis vero, vel quocunque opere, placuit a dominis jura non exigi." Quid est vero instrumentum de capillis non exigi? Id certe ex antiquo ritu illustratur: quippe servis negligentibus, atque otiosis capillos incidere, ac turpiter decondere mos fuit apud antiquos; nam flagellatio, & detentio propria sunt fervorum supplicia, ut patet ex capit. l. 3. tit. 30. ex legitibus Loogob. l. 3. tit. 7. l. 1. Volunt ergo Patres Concilii Epauensis, posse compelli dominam, ut juret se non læsurum ulla parte corporis servum, qui Ecclesiam vindicem imploraverit: verum non debere sacerdotem de non detondendo servo sacramentum exigere. Unde apparet, recte Patres Ecclesie Gallicane in præsentibus statuisset, injustum esse servos Ecclesie in laicos alienare, cum tunc potius amittere libertatem, quam novam experiri servitutem credantur. Accedit, nam servus Ecclesie adscriptus, & dicitur ejus ministerio, in quadam dignitate esse creditur, ut in præsentibus docetur: unde nisi ex magna causa non potest iterum in servitium laicorum redigi: si autem fuit ipsi fugitivus, quia in ministerio, cui dicitur, & adscriptus fuit, deservire renuit, & per consequens inutilis judicatur, possunt permutari, vel alio modo alienari, etiam in laicos, ex d. c. fugitivus 54. l. 2. q. 2.

Nec obstat dabitur ratio supra; nam permutatio fervorum in præsentibus prohibetur absolute, etiam cum solemnitate, quia in tali alienatione omnino deficit causa, si vero fugitivus fuit, tunc pro libito Episcopi alienare eos possunt, quia ipsa fuga præstat justam causam alienationi, d. c. fugitivus. Nec obstat secunda difficultas, pro cuius solutione sciendum

Diffolvi- tur delictum, tunc in- stituitur.

est, dominum servum fugitivum, dum in fuga est, non posse vendere, donare, vel alio modo alienare, l. 2. §. fin. ff. ad l. Fugitivus, l. 2. §. 6. C. de servis fugitivis, l. 35. §. si quis amicus, ff. de contrah. emptio, & quod prohibitionis rationem Gloffa in d. l. 6. ex eo assignat, cujus prohibita libertatis sit, l. 17. §. 10. ff. de edict. edicti, unde sicut homo liber vendi non potest, sic similiter neque fugitivus, Gloffa loquitur Odofredus in d. l. 35. §. 3. Sed hæc sententia sustinetur non potest, siquidem valde iniquum esset hominem liberum fugitivum, qui vero servus est, assimilare. Deinde quod Jureconsultus ait in d. §. 10. fugam speciem cuiusdam libertatis esse, non ita ut sonat, videatur servum potestatem domini illiusse, cum a nexibus dominice potestatis de facto se liberatum inveniat. Hæc igitur fuit Jurisconsulti mens, nisi ipsi esse fugisse, hoc est potestatem dominicam in præsentibus libertatem esse. Unde merito debet rejici prædicta interpretatio: & licet eam Cujacius adducat in ratione ad d. l. 35. §. 2. de contrah. empt. aliam tamen addit Cujac. ubi supra, deductam ex l. 1. c. de servis fugitivis: quæ docemur, fugitivum servum sui futurum facere; servum autem servum vendere nobis non licere, l. si empt. §. item emptor, de contrah. empt. Hæc tamen ratio optime adequatur bonæ fidei possessoris servi fugitivi, respectu cuius ad inhibendam ulucationem servi, pro servivo habetur: unde si alii bonæ fidei possessor servum in fuga constitutum vendiderit, tanquam rei futiva venditio inutilis erit, sed cum Senatûconsultum etiam ad dominos spectet, l. 2. §. ult. ff. ad leg. Fug. de plag. & respectu ipsorum futivitatis vitium fingi non valet, vera, & genuina ratio inquirenda est; eam tamen feliciter edocet nos Cujac. l. 17. off. c. 10. Inquit ergo, merito inhabilitate Senatûconsultum alienationem fervorum fugitivorum, aut a fuga deterrere veluti, si nec recipi se posse a quovam impune intellexerit, nec acquiri titulo nullo iusto, veluti emptio, aut donationis. Facit lex 6. c. h. r. de fugit. in fine, ibi: "Sed etiam fugitivorum animos a fuga deterrere." Conducuntque ad idem lex 2. c. de agricoltis, l. 12. lex 1. §. illud, c. de Latio, liberi. lex convenerit, ff. de pact. Itaque mens ea fuit, quod acerbitas dominorum, quorum potestatem evalescent servi, ipsi perpetuo comitatur, ut ita servi deterrerentur, si nec recipi se posse a domino impune, nec acquiri alteri etiam cum iusto titulo intellexerint. Accedit, ne fugitivi penam fugæ eludant, & quam nec venditor, qui dominus esse desit, excludatur: nec emptor, adversus quem non deliquit servus fugiens; docent Villana, & Antonius Mattheus ubi supra. Hoc tamen Senatûconsultum locum non habet in alienatione necessaria, quæ officio, vel sententia iudicis fit, ut in casu legis 19. §. 3. ff. communi divid. ubi de servo fugitivo jubentur socii iudice licitationem facere, quæ quidem est species venditionis, l. 3. ff. de iud. l. 29. ff. famul. ecclie. Similiter textu accipi text. in l. 14. §. ult. ff. de servo corrupt. si de servo fugitivo intelligatur, cuius quidem distractio tunc sustinetur, quando quis alteri mandavit, ut fugitivum quæreret, & si apprehendisset, sibi emptum haberet: tunc enim mens Senatûconsulti non censetur illata, cum in id tempus emptio celebrata iudicatur, quo jam servus desinit fugitivus esse, l. 35. §. 3. de contrah. empt. Sed advertere debemus, quod si fugitivus apprehenderit servum, eumque a domino comparaverit, minime poterit, nisi consentiente domino, intra decem annos ad libertatem illum perducere. Paulus l. 5. §. sent. tit. 6. de fugitivis, §. 1. ibi: "Servus fugitivario comparatus, intra decem annos non potest manumitti citra prioris domini voluntatem." De fugitivis ultra Pauli locum sunt text. in l. 18. ff. de prescrip. verb. l. 1. c. Theod. si vasa mancipia. Fugitivarii dicebantur illi, qui mancipia fugitiva persequerentur, & apprehensos dominis certa mercede restituebant. M. Varro l. 3. de re rustice. c. 14. Florus l. 3. hist. c. 20. Cujac. l. 5. off. c. 8. Laur. Pignor. de servis, p. 15. Etiam prædictum Senatûconsultum locum non habet in servo fugitivo legato; nam legatam posse, constat ex l. cum servus 39. §. fin. l. 84. §. 19. ff. de leg. 1. cum cesset ratio supra adducta, videlicet quia si servi in fuga perseverent, necessario morte domini ab ipsis indignatione liberantur. His suppositis pro dicta difficultatis solutione dicendum est, in præsentibus textu non agi de servo fugitivo in fuga persistente, sed qui aliquando fugere consuevit; nam est fugitivus regulariter dicitur ille, qui certo proposito non redeundi dominum dereliquit, in l. 17. §. 1. c. 2. l. horem 43. §. 1. ff. de edict. edicti, l. 225. ff. de v. S. Valentia illustr. l. 1. r. 2. c. 10. n. 3. tamen plerumque accipitur pro eo, qui proprie non fugit, sed frequenter sine causa vagatur, servitque domum redit, de quo Ulpianus in l. 17. §. errorum 149. ff. de edict. edicti, d. l. 225. ff. de v. S. quam distinctionem agnovit Horatius l. 1. satyr. 7. v. 112.

Non horum tecum esse potest, non oia recte ponere: itaque istum vitas; fugitivus, & erro. De quo fervo error accipiendus est præsentibus text. In hac tamen traditione de servis fugitivis observandi sunt text. in l. quæro, l. mora §. ff. de verb. obl. leg. si liberus, ff. de oper. libert. l. arbitrius 13. §. de illo, ff. de usufr. l. si servus 15. ff. de publiciano, l. Julianus 13. §. 1. ff. de acq. empti, l. 14. §. ult. ff. de servo corrupt. l. 1. c. de prescrip. longi temp. l. servus 17. §. illud, ff. de furis, l. 1. §. per servum, ubi Valentia, ff. de acq. poss. l. 4. §. si qui fugitivum, ff. de delict. excepti, l. 53. §. fugitivum, l. ancilla 62. ff. de furis, l. 22. §. fugitivus, ff. mandati, l. 10. l. 11. c. 12. ff. de liber. caus. l. servus 82. ff. de legat. 3. l. fugitivus 15. l. hominem 34. §. c. can.

eam fugitivus, ff. de solut. l. v. c. de edict. adim. Papianus libro singulari, respons. tit. de fugitivis inquirendis, Paulus l. 4. sent. tit. de fugitivis.

8. Sed præsentibus assertioni primo obstat textus in c. nulli 5. de reb. Eccl. non alien. ibi: *Rusticum mancipium*. Ubi cum generaliter prohibetur alienatio rerum ecclesie, inter alias res, quæ recenserunt, referuntur mancipium rusticum tantum; ergo quia mancipia urbana alienari possunt, & per consequens non recte in præsentibus prohibetur indistincte permutatio fervorum Ecclesie. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, in eo textu specialiter referri mancipium rusticum, non autem urbanum quia cum ageretur de alienatione prohibita rerum immobilium, & rusticum tantum mancipium inter mobilia enumeraretur; leg. si quis inquilinus, ff. de legat. 1. leg. subemus, c. de sacros. Eccl. idem nec longo tempore præscribi, nisi ut res immobilis, potest, leg. quemadmodum C. de agricol. l. 11. idem non de mancipio urbano, sed tantum de rustico mentio fit in eo textu: non tamen exinde deducitur, mancipium urbanum Ecclesie alienari, aut permutari posse.

9. Secundo obstat textus in c. ecclesiasticis 67. l. 1. q. 2. ubi referuntur, servum Ecclesie donatum fuisse Theodono Conflia-

Exponitur c. nulli 5. de reb. Eccl.

Exponitur c. ecclesiasticis 67. l. 1. q. 2.

rio: & docetur similem donationem rerum ratam, firmamque esse debere: ergo non recte in præsentibus statutum, servos Ecclesie permutare, aut alio simili titulo in laicos transferri non posse. Quæ difficultate nonnulli oppressi docuerunt textum illum auctoritate carere, & apocryphum esse, quæ sententia facile refellitur, sequitur textus ille est D. Gregorii, & inter eius epistolam reperitur, l. 2. indist. epist. 198. Quare hæc, & aliis omittis sententiis, Lana, & Arellanus d. antinom. 4. n. 13. existimant, in eo textu donatum fuisse Acosium servum, non ut ejus dominium quiritarium transferretur in Theodonom, sed tantum donarium. Verum hæc interpretatio aperte opponitur verbis ipsius textus, ibi: "Juri, dominio, quæ tuo tradi, datique præcipimus: Quæ omnia important perfectam domini traditionem, præcipue accedente titulo habili donationis, §. 1. Insuper, de donat. quare omittis his sententiis, facile respondeatur, si observemus, in eo textu ipsum Romanum Pontificem ex iusta causa donasse servum Ecclesie Theodono benefactori: unde cum ex iusta causa ipse Romanus Pontifex donasset, merito docetur, donationem vires habuisse. Etiam hæc opponi potest textus in can. 2. Concil. Hispal. 1.

C A P U T V. a Urbanus III.

Quasitum est ex parte tua, si commutationes fieri volent præbendarum, cum commutatio dignitatum in b Turonensi fuerit interdicta. Sunt enim quidam, qui præbendæ suæ cedunt, & juri renunciant, ut majorem præbendam obtineant, vel ex hoc certam summam pecunie consequantur; quod quidem est honestari contrarium, & simoniacam proculdubio continet pravitatem. Generaliter itaque tenes, quod commutationes præbendarum de jure fieri non possunt, præsertim pactione d præmissa, quæ circa spiritualia, vel annexa spiritualibus libem semper continet simoniam. Si autem Episcopus causam inspexerit & necessariam, licite poterit de uno loco ad alium transferre personas, ut quæ in uno loco minus utiles sunt, alibi se valeant utilius exercere.

NOTA.

1. a Urbanus III. Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. c. 1. nullibi tamen exprimitur, cui referri debet Pontifex: ex ipsa autem collectione ita integram hujus textus restituo.

b Turonensi Concilio. De quo in c. majoribus 8. de præbend. ubi nominatim permutaciones prohibentur.

c Pecunie consequantur. Cam hæc verba occurrunt in hac Raymundi collectione, anxie laborant Interpretes in exponendo, quare permutatio beneficiorum tanquam simoniacam in præsentibus specie improbetur? Et certe nullo pretio intercedente permutacionem ipsam beneficiorum, ut illicitam, improbatam esse constat ex dicto c. majoribus, & cum olim, hoc tit. Et talem pactionem, ut simoniacam rejici docuerunt plures relati a Garcia p. 11. de benef. c. 4. n. 54. Gibalino de simonia, g. 13. in fine.

d Pactione præmissa. Quatenus pactiones circa beneficium factæ improbetur, expolimus, in c. fin. de pactioni, c. nisi assent. de prob. ubi hæc verba illustravimus.

e Causam necessariam. Requiritur ergo causa, ut superior permutacioni auctoritatem præstet, ut docent Daarenus l. 8. de sacros. c. 3. Garcia c. 4. n. 44. Gibalino de simonia, g. 14. consil. 13. quia cum similes permutaciones sint prohibitz, & odiosæ, exigitur causa, ut in illis Episcopus dispenset, alias si sine causa talis permutacionem approbaverit, erit non solum illicita, verum & invalida talis permutacio, ut resolut. Gibalino dicto consil. 13. Nec quilibet causa sufficit, sed desideratur ea, quæ respiciat commodum spirituale, non temporale, ita ut saltem reductive utilitas permutacionum reducatur ad utilitatem, seu necessitatem Ecclesie, ut post Div. Thomam in 4. distict. 25. q. 3. art. 3. relevat Sylvester verbo Permutatio 2. n. 3. pluribus relatis, Barbosa de jure Eccl. l. 3. c. 15. n. 172.

C A P U T VI. Innocentius III. Senonensi a Archiepiscopo.

Cum olim Magister S. & B. Archidiaconatum, & Præposituram adinvicem commutassent. Et infra: Licet prædictus Magister ab initio sponte fuerit de permutacione consensus, idem tamen B. eam inficiabatur omnino, proponens quod ipse Præposituram sine conditione quolibet resignavit, & post resignationem prædicti Magistri Archidiaconatum fuerat consequutus. Et infra: Cum ergo nobis confatetur, quod ipse suam præstiterit permutacioni consensus, prædictus autem magister suam publice fateretur errorem, & hunc Præpositura, & illum Archidiaconatu curavimus c. spoliare, super hoc diffinitionem contra eos sententiam profertentes.

NOTA.

1. a Senonensi. Ita etiam habetur in c. unico, hoc tit. in 3. col. l. 1. integrum autem hujus textus retuli, & in epigraphen exposui in c. cum olim, de offic. deleg. 2. Resignavit. Quæ resignatio faciendæ erat in manibus Ordinarii, ut infra dicemus: & si beneficium erat jurispatro-

natus, ipsorum patronorum consensus expectandus erat, cap. cum inter, de electioni, c. nobis, de jurapat. notavit Boetius Epon. in præsentibus, n. 110.

c Spoliare. Quæ spoliatio iuste a Pontifice facta fuit post confessionem ipsius Archidiaconi, ut notavit Boetius Epon. ubi supra n. 115.

C A P U T VII. Innocentius III. Archiepiscopo, & Præposito S. Andrea & Scholastico S. Petri a Colonienf.

Cum universorum fidelium ab ipso Domino Jesu-Christo pastoralis sit nobis cura commissa, sollicitudini nostra dignoscitur expedire, ut si debeamus quoslibet in suis rationibus confovere, quod asiorum jura in conspectu Ecclesie dispensandum non sustineant, sed firmata & illibata debeant permanere. Intelleximus siquidem (dilecto filio Gisleberto Canonico Sancti Joannis in Leodio referente) quod cum ipse, & Lambertus Clericus, ducti quadam animi levitate, de permutacione præbendarum suarum inter se tractare cepissent, quia utilitatem utriusque imminere credebant: tamen idem L. clericus occasione dictæ permutacionis, præbenda ejusdem G. quam in Ecclesia Sanctæ Mariz de Namuncen. habebat, cuiusdam suo consanguineo assignata, præbendam Sancti Bartholomæi, quam sacerdicto G. promiserat, nequaquam voluit resignare: & sic idem G. (ut aserit) sua specie remanet omnino frustratus. Cumque super hoc in præsentibus venerabilis fratris nostri & Leodien. Episcopi fuisset diutius litigatum, tandem idem L. Solum Apostolicam appellavit: & cum dictus G. ad nostram præsentiam non sine magno periculo, & labore accessisset, idem L. nec venit, nec pro se curavit sufficientem mittere responsalem. Cum igitur ad deceptis, & non decipientibus jura subvertant: fraus etiam, & dolus nemini debeant patrocinium impertiri, licet ipsi per e se de jure non possent ecclesiastica beneficia permutare, ut tandem simplicitati venia tribuatur, discretio- ni vestra par Apostolica scripta mandamus, quatenus si vobis consulerit, prætaxatum G. taliter fuisse deceptum,

ab ip.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

ab ipsa Namucen. prabenda, quam diu dicitur possedisse, amoto consanguineo ipsius L. vel quolibet alio illicito detentore, eandem sublati appellacionis obstaculo, & cunctis ipsius pacifica possessione gaudere. Nullis litteris, &c. Quod si non omnes, tu frater Archiepiscopo, cum eorum altero, &c.

NOTAE.

Colonia. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub tit. de prabenda. c. 2. & in epistolis Innocentii III. editis a Cardinale Sileto, fol. 39. ex quo codice ita restituo integram hujusmodi. Colonia Agrippina urbs est cele errima ad Rhenum fluvium, Ubiorum Metropolis, condita tempore Augusti a M. Agrippa, a quo nomen accepit; habuit Ecclesiam Cathedralam jam a primo saeculo Ecclesiae, ut refert Kratopolus in catalogo Archiepiscoporum Coloniae. Brunoni quarto eius Praefati missa est praeterea epistola, de quo nonnulla tradit Kratopolus ubi supra, fol. 69. Namucensis. Namucensis Ecclesia est in Germania, cujus Praelatum scribit Bucelinus r. 1. German. fol. 202. Ludovici. Hugonis videlicet de Petrapone, de quo a nobis egi, & plura tradit Kratopolus in catalogo Praefatum Ecclesiae Ludovici. Deceptus. Ex non discipulis. Deceptio fuit in eo, quod Lambertus Gerardum ad resignandum prius callide videtur induxisse, nec tamen vicissim resignare voluerit, nec Episcopum pro permutatione comprobanda adire. Sententia autem, qua hic utitur Innocentius, extr. in l. secunda q. verba, ff. ad Velleianum. Ipsi per se. Licet beneficiati possint se obligare ad faciendam permutationem beneficiorum, & de ea tractare, ex hoc textu sibi inter se tractare episcopos, & ante hoc ut. in 6. tamen talis conventio pendet ab auctoritate superioris, ita ut nisi superior consensum praebet, nulla sit, quia ipsi per se talem permutationem perficere non valent. Lessius l. 2. de subditis, c. 35. sub. 17. Suarez l. 4. de simonia, c. 35. n. 8. Gibalinas eodem r. q. 14. consil. 12. per totum.

COMMENTARIUM.

EX his tribus decisionibus sequens deducitur assertio: Permutatio prabende, seu beneficii, facta irrequisito proprio Praelato, nulla est; imo qui permutavit propria auctoritate, privatur beneficio ita permutato. Probant eam textus in 6. monachibus q. de prab. c. unico, hoc tit. in 6. Clem. unica, hoc tit. Illustrant ultra congestos in praesenti a Barbofa, & Garanna, idem Barbofa l. 3. juris. Eod. r. 13. q. 3. Cujacius, Bartolus, Sanchez, & Boetius Epon. in praesenti, Joannes Nicolaus de benef. tit. 3. c. 1. Rufiniacus l. 2. consil. tit. 32. Duarenus l. 8. de sacris. Eod. c. 3. Petrus Gregorius l. 3. par. c. 3. Suarez c. 3. de relig. l. 2. c. 20. q. 31. Corvinius l. 1. aphorismo. juris. Bonif. tit. 13. Joannes Dantis de benef. sec. 10. c. 4. late Gibalinas de simonia q. 14. consil. 4. cum seq. Sed pro dubitandi ratione in praesentem assertionem ita in- surgo. Beneficia ecclesiastica, tam prabenda, quam dignitates, permolari jure possunt, & non venerabilis 6. de excep. c. unica l. 8. de prab. Ergo non recte in praesenti talis permutatio improbat. Facit optima ratio, nam res spiritualis permolari potest, & super eo, de transact. c. fin. ubi dicitur, hoc tit. Ergo cum beneficium permolari cum beneficio, quia res spiritualis datur pro spirituali, non est ratio cur improbetur talis permutatio. Augetur haec difficultas ex eo, nam habes simoniam non committitur, nisi pro re spirituali detur temporalis, c. qui sibi datur l. q. 1. c. Salvatoris l. 4. q. 3. Sed in permutatione beneficiorum, quavis adit pactum, nihil temporale intercedit: igitur non est ratio, quare improbetur. Quae difficultas ita soluta non obstat, vera est praesens assertio, & disciplina ecclesiastica valde consona: nam si antiquos Ecclesiae canones, quorum verba retuli in titulis de transact. Episcopos, & de racione, attente legimus, non inveniemus, olim licuisse beneficiariis beneficium ecclesiasticum habentibus propriam Ecclesiam deferere, ad aliamque transferre, aut Ecclesiae, cui mancipati fuerint per ordinationem, renuncia-

Conclusio traditur, & probatur.

Invenitur traditur assertio.

De permutatione beneficiorum.

re irrequisito proprio Episcopo; unde juri consecrationem est, ut privata auctoritate non possint beneficiari proprias Ecclesias deferere, & alias acquirere. Facit etiam, nam hujusmodi permutatio fieri nequit sine reciproca renunciatione, quae inconsulto proprio Episcopo fieri nequit, ex rationibus con- gressis in c. admodum, de racione. Igitur per consequens non poterit fieri permutatio. Accedit etiam, quod cum beneficium non possit abique institutione canonica obtineri, c. 1. cum vulgatis, de res. nec. l. 6. & partes non possint sibi invicem institutionem facere, sequitur necessario, permutationem ab ipsis factam propria auctoritate rei alienae nulla esse, l. 1. & n. l. ff. de rerum perm. sed beneficiarii non sunt domini beneficiorum, sed tantum usufructuarii, seu canonici, c. capit. ceterum, de donat. Igitur non possunt propria auctoritate ipsa beneficia permutare. Unde talis permutatio beneficiorum adeo inaudita fuit pluribus Ecclesiis factis, ut nec apud Gratianum, ceterosque Decretistas, ulla eius mentio extet, usquequum in Concilio Turonensi relato r. 2. majoribus q. de prab. dum sectio permutacionum prohibita fuit, simul Patres improbatum permutaciones praebendarum; quam prohibitionem firmavit Urbanus III. Clemens III. Innocentius III. in praesentibus iuribus; & S. Pius V. in sua constitutione 42. quae incipit, Officium; suspendens omnes facultates Ordinariorum admittendi quascunque resignationes beneficiorum, & constitutione 38. eas tantum permutationes permittit, quae in consensu rei per his verbis: Adhuc beneficiorum, & officiorum, nam permutationes admittuntur, quae canonice sanctionibus, & Apollonicis constitutionibus permittuntur, id est quae auctoritate Episcopi ex justa causa celebrantur.

Auctoritate autem Episcopi permutationes beneficiorum celebrari possunt, & appellacione Episcopi comprehenditur quicumque habens auctoritatem Episcopalem, qui in proprio territorio similes permutationes admittere potest. Suarez d. d. l. 4. de simonia c. 35. n. 14. Gibalinas ubi supra, q. 14. consil. 8. n. 5. Ratio est, quia quocumque alicuius competi Episcopo ratione jurisdictionis, non vero ordinis, id peragi potest ab aliis, qui eandem jurisdictionem exercent. Nec interest, quod institutio beneficiorum ad alium spectet, veluti Archidiacono, vel aliam similem: nam adhuc permutatio faciendi est coram ipso Episcopo, non vero coram eo, ad quem institutio spectat. Ratio est, quia auctoritas Episcopi non desideratur, ut institutio in ipsis beneficiis fiat, sed ut agnoscat, an iusta causa fuit in ipsa permutatione, & an simoniae habes interveniat. quare alius quam Episcopus, seu qui jurisdictionem Episcopalem exercent, non potest auctoritatem simili permutacioni praedare, ut defendit Gibalinas de consuetud. n. 6. Ultra auctoritatem Episcopi desideratur consensus collatorum, eorumque quorum interest collationem fieri vel non. Garcia de benef. d. d. cap. 4. n. 74. Gibalinas ubi supra.

Nec obstat difficultas supra adducta: nam jura sibi adducta procedunt in permutationibus factis auctoritate superioris, ex praesenti textu, cui convenit lex 63. tit. 5. p. 1. Nec obstat prima negatione difficultatis, nam verum est, rem spiritualem posse permolari cum re spirituali, accedente consensu superioris. Unde etiam praecedente Episcopi auctoritate valet permutatio beneficii cum beneficio. Nec obstat aliud difficultatis augmentum: nam licet cum beneficium permutatur cum beneficio pure, & absolute, non interveniat simonia, juxta veritatem sententiam: tamen quia propter inaequalitatem fructuum facile simonia interveniet, & similes praetextiones illicitae, probrolegue judicantur; ideo examen Episcopi praecedere debet, ut talis permutatio licita sit, an vero data inaequalitate fructuum possit pensio auctoritate Episcopi consisti in alio beneficio, aliaque ad permutationem beneficiorum spectantia, prosequantur in praesenti Bartolus, Sanchez, & Boetius Epon.

De Episcopo permutacionem admittente.

De difficultate dubitandi ratio.

CAPUT VIII.

a Clemens III.

AD quaestiones solvendas. Et infra: Intelleximus ex litteris tuis, quod duae conventuales Ecclesiae sunt in tua diocesi constituta, quarum utraque parochialem habet Ecclesiam cum possessionibus magis alteri, quam sibi vicinam. Illis autem desiderantibus permutare eas, cum illarum altera respectu meliorum proventuum plus abundet; & ideo sibi postulare adici certam summam pecuniae numerata, ut sic ad aequalitatem permutationis valeant pervenire, utrum potest id licite fieri extir dubitatum, quam ob causam Sedem Apostolicam consulisti. Licet itaque tuae discretioni indulgiam ignorare minime puremus, quid super eodem articulo fit agendum, nihilominus tua prudentia respondemus, quod cum de dictis parochialibus Ecclesiis per se queat permutatio celebrari, & in permutatione possessionum per se non sit inhibitorium, si altera ratione possessionum alteri praeponderet, pecuniam posse refundi de ipsarum possessionibus ad invicem, prout visum fuerit expedire; & resufa certa pecuniae quantitate, poterit contractus permutationis iniri, sic tamen quod illi contractus nequaquam sibi invicem misceantur.

NOTAE.

Clemens III. Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. cap. 2. nullibi tamen exprimi-

tur cui referat Pontifex, nec integram habemus, ut inde cognosci possit, de quibus monasteriis in praesenti agatur.

CAPUT

CAPUT ULTIMUM.

a Gregorius IX. Beton. & Fungin. Abbatibus.

EXhibita nobis Abbatis, & Conventus sancti b Martini de Pannonia petitio continebat, quod cum super causa qua inter ipsos ex una parte, & Praepositum Albanen. ex altera super quibusdam c. decimationibus vereretur, ad C. Capellanum nostrum, tunc in Hungaria commorantem, nostras litteras impertrasset, ipse ac Magister M. in quos utrumque tanquam in arbitros extitit compromissum, arbitrati fuerint, si dictus Praepositus obtineret decem millia solidorum regalium a Rege Hungariz concedi monasterio memorato, ipsi ab earundem decimationum petitione cessarent. Et infra: Quocirca mandamus, quatenus si vobis confiterit de praemissis (cum permutatio de spiritualibus ad temporalia improbetur) praedictum arbitrium, & quicquid secutum est ex eo, vel ob id, irritum decernatis.

NOTAE.

Gregorius IX. Adeo corrupta est haec inscriptio, & varie corrigitur a Glossa marginali, ut non facile percipi possit, de quibus monasteriis, & Abbatibus in praesenti agatur. b Sancti Martini. De hoc monasterio egi in c. 19. de praeser. c Decimationibus. Et ita patet, super decimis compromitti posse, transactione celebrari, ut probat Barbofa de potest. Episc. 121. in fine, & notavi in c. 2. de transact.

COMMENTARIUM.

IN his duabus decisionibus agitur de permutatione rerum spiritualium: pro quarum expositione sciendum est, circa permutationem spiritualium rerum nullam dari prohibitionem juris divini, quamvis cum pacto, & rigoroso contractu fiat, ut post D. Thomam, Darandum, & Covar. docet Suarez r. 1. de relig. l. 4. de simon. c. 30. n. 5. nec etiam sacri canones aliquam habent simoniae suspicacionem in tali permutatione, ut post alios probat Gibalinas de simon. l. p. q. 13. Deinde notandum est, quod si res permutatae sint mixtae ex spirituali, & temporalis, ut res benedictae, liquido apparet, nullam in tali permutatione dari simoniam, modo commutatio fiat ratione tantum spiritualis annexi, & nulla fiat comparatio inter spirituale, & temporale; nam si temporale vilius commutatur cum alio temporali pretiosiori propter majorem quandam spiritualitatem, quam illud temporale vilius participat, exempli gratia rosarium benedictum pretiosae materiae commutatur cum viliori, quia istud habet plures benedictiones, & indulgentias, aut contactu plurium reliquiarum sacras est, revera committitur simonia, quia non commutatur spirituale cum spirituali precise, sed emittit effectus ille, ut ita dicam, spiritualitatis, qui in uno reperitur servatur proportio, ut nihil attendatur in commutatione nisi temporale; & non commutatio temporalis temporalis, porali alterius, tunc nulla est simonia: quia tunc tantum datur permutatio spiritualis cum spirituali, & temporalis cum temporalis: quod si res ex spirituali & temporalis mixtae, si- ve compositae habeant temporale diverso modo connexum cum spirituali, exempli gratia calix consecratus, & administratio sacramenti, seu beneficium, tunc committitur simonia, quae commutatio non fit precise inter spiritualia, sed inter spirituale, & temporale; quia in rebus, in quibus temporale antecederet se habet, id quod primario, & per se datur, est

illud temporale, cum quo deinde venit spirituale annexum: in eo autem, quod est concomitanter, aut consequenter annexum spirituali illi, quod primo datur, est spirituale, ratione cujus obtinetur temporale in eo fundatum. Denique quando res est pure spiritualis, si cum alia mixta ex spirituali, & temporalis commutetur, datur aliquod temporale pro spirituali, atque ideo non omnino permutatio celebratur inter spiritualia: unde recte Clemens III. in praesenti textu ait, licitam esse permutationem duarum Ecclesiarum parochialium inter se, & etiam permutationem possessionum earundem Ecclesiarum fieri posse, atque excessum possessionum unius compensari aliqua pecunia, modo contractus illi non misceatur invicem: in ea enim specie commutatur spirituale cum spirituali, & temporale cum temporalis: non tamen debent misceri contractus, Ecclesia videlicet non permutetur cum possessione; quia tunc cum res spiritualis cum temporalis permutetur, simonia committitur, ut in praesenti capite finali, ubi quia decimarum jus quid spirituale est, cap. prohibemus, de decimis, & permutabatur cum re temporalis; ideo Gregorius IX. docet talem permutationem vires non habere. Dubium tamen est, tam apud Canonistas, quam Theologos Moralistas, an inaequalitas beneficii, vel alterius rei spiritualis compensari possit pecunia, vel alia re temporalis, ut in praesenti capite ad quaestiones? Et certum est, beneficii inaequalitatem compensari non posse pecunia, vel alia re temporalis, ut docent Lessius de iustitia & iure lib. 2. cap. 35. de bio 17. Pater Suarez d. d. l. 4. de simonia, c. 34. n. 10. Gibalinas eodem tractatu, q. 14. facit textus in c. cum pridem, de pactis, ubi notavimus. Nec contrarium probatur in praesenti capite ad quaestiones, ubi propter aequalitatem Ecclesiarum permutatio admittitur, resufa certa pecuniae quantitate: nam ut docuerat Suarez ubi supra, n. 13. & Barbofa in praesenti, in hac permutatione non agitur de commutandis titulis beneficiorum, quae erant unita monasteriis, & non possidebantur in titulum, sed in proprietatem reddituum, & bonorum temporalium; unde recte ait Summus Pontifex, permutationem Ecclesiarum fieri posse, ut etiam possessiones ipsarum invicem permolari valere, & propter inaequalitatem ipsarum pecuniam intercedere posse, si contractus separantur, id est, si Ecclesiae permutantur cum Ecclesiis, possessiones cum possessionibus: non vero si conjungantur; nam tunc, quia ex una parte Ecclesia dabatur, non poterat inaequalitas pecuniae suppleri: sed quia possessiones Ecclesiae annexae omnino temporales erant, ideo pecunia earum inaequalitas suppleri poterat; prosequantur latius Gibalinas d. d. q. 14. consil. 11. Robertus l. 1. rerum iudic. c. 7.

TITULUS XX.

De Feudis.

CAPUT PRIMUM.

Innocentius III. Mauriensis a Episcopo.

INSinuacione praesentium declaramus, quod b gageria, quam tu apud Argentinam a Navelino dignosceris reperisse, Gaudesfridi fratris eius accedente consensu, a te potest libere retineri, fructibus non computatis in sortem, ita videlicet, ut quamdiu fructus illos perceperis, in sortem minime computandos, idem Nantelinus a servitio, in quo tibi, & Ecclesiae tuae pro feudo ipso tenetur, interim sit immunis.

NOTAE.

Mauriensis. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 1. De Ecclesia Mauriensis nonnulla notavi in c. 1. de reb. Eccl. b Gageria. Vox est Barbara, propria Theonorum, & significat pignus, ut docent Hostiensis hic Cirionius ad tit. de pignor.

COMMENTARIUM.

Cum certum juris principium sit, creditorem teneri imputare in sortem principalem fructus rei pignorate, ubi ad nostram, ubi plura Balboa, de iurjurando, c. cum contra, ubi plura dicitur, de pignor. difficultis valde est praesens decisio, dum in ea docetur, dominium feudi, qui res feudales a vasallo pignori accepit, non teneri fructus ipsarum in sortem principalem imputare: quod etiam ab specie feudi deciditur in c. conquisitus, de usuris; & in omni simili specie statuitur in c. 1. de usuris, quae Pontificum responsa eandem continent difficul-

tatem, quare varias adduxerunt interpretationes repetentes in praesenti, & Doctores infra laudandi. Aliqui asserunt, licitam esse hanc fructuum retentionem, quatenus acquipollent servitio, quod interim feudatario remittitur: ita docuerunt Innocentius in praesenti, Covar. l. 3. variat. c. 1. n. 4. Gaspar Rodriguez, de annuis reddit. q. 7. n. 50. Salas, de usuris, dub. 31. n. 5. Uguolinus, eod. tractatu. c. 11. §. 1. n. 2. probantque ex praesenti textu, ubi ait Innocentius, fructus hos percipi posse, si servitium debitum remittat vasallo domini: fatilique Innocentius innuit, compensationem quandam tunc fieri fructuum, & servitiorum; quam interpretationem alii impugnant. Primo quia ex servitiorum estimatio, & cum fructibus compensatio vix iniri poterit, cum servitio plerumque incerta fiat, & non solum in operis praestandis, verum & in quibusdam aliis, quae vix estimari solent, aut possunt, consistant, ut in benevolentia, gratitudine, & consilio. Secundo, quia Innocentius in praesenti, & Alexander, in d. c. conquisitus, indistincte affirmant, fructus imputandos non esse in sortem, nulla fa-

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.W.L.

la facta mentione compensationis; imo libere concedunt domino feudi omnes, & quoscunque fructus percipere abique onere imputandi eos in fortem. Glossa in *presenti*, & in *dec. 1. de consuetud.* docet hoc specialiter statutum esse favore Ecclesie, ita ut in alijs dominijs feudum possidentibus non idem procedat; sed cum Pontifex in presenti nullam jus novam condit, nec in hac parte ulla sit differentia feudi ecclesiastici, & laicalis, non apparet cur diversum jus in uno, ac in alio observari debeat. Immo in *presenti*, & Mantica, *de variis content.* eximiarunt, in presenti nullam dari usuram, quia fructus isti retinentur virtute anticorporalis obligationis; id tamen minime placet, quia licet feudum beneficium sit, & vassallus videtur domino naturaliter obligatus ad antidora, id est, ad remuneratorem, non tamen invitatus cogitur ad remunerandum, quia quod naturaliter debetur, proprie non debetur, cum in effectu peti non possit, l. *fideiussor* 16. §. *naturales*, l. *heres* 21. §. *servo*, ff. *de fideiuss.* Petrus Gregorius, l. 1. *de usuris*. Et licet possit Dominus rei feudalis fructus iuste percipere, cum illi remunerandi gratia rei feudalis possessio a vassallo tradita est; hoc procedit cum libere, & ex liberalitate redditur; at in presenti specie nullum liberalitatis, & voluntatis remunerandae vestigium apparet; imo negotium a liberalitate longe differt, cum ponamus pro pecunia debita rem pigori dedisse, & nemo in necessitate liberalis existat, leg. *rem* 18. ff. *de adimend. legat.* Tandem Panormitanus, Holienfis, Joannes Andreas, & alii relati a Covarruvia, & Salas ubi supra, respondent, dominium utile vassalli in presenti casu consolidari cum dominio directo domini creditoris: unde ille iuste rei proprias fructus percipit. Veram hanc domini utilitatis consolidationem doctores rejiciunt Covarruvias, ubi supra, Binsfeldius, in d. c. 1. *de usuris*, q. 1. nam si hoc esset verum feudum, non posset esse pignoris loco, quia dominium pignoris remanet penes debitorem, licet possessio transeat in creditorem, l. 1. *C. de pignor.* Deinde quia dominium hoc utile pretio estimabile est, ideoque si pro mutata pecunia transferretur, usurarius contractus redderetur.

Quare his, & aliis interpretationibus omnibus, placet communis sententia, quae docet, ex natura feudi provenire, ut fructus ipsius interim dum debitor vassallus non solvit pecuniam mutuum, domino cedant; nam cum de natura feudi sit, ut vassallus domino suo obsequia praestet, consequens est, ut quamdā sine illius culpa, & domino consentiente feudo caret, immunitas sit ab obsequiis, & maneribus, quae domino praestare tenebatur; & e contrario, cum re feudali penes dominum existente vassallus ab obsequiis praestandis liber sit, eadem ratio facit, ut interim fructus rei non percipiat, cum eo tempore cesset causa, ob quam illi res in feudum data est; & consequenter fructus domini sunt, qui ad nullum obsequium illum revocare valet: ita docentur Leotardus, *de usuris* q. 14. n. 5. Canisius, *cod. tit. c. 6. n. 4.* Binsfeldius in d. c. 1. §. 1. *Mudeus, de pignor. tit. de pignori pignori*, n. 54. Cardinalis Lugo, *de iustitia disp.* 25. n. 127. Arias de Mesa, l. 3. var. c. 46. n. 31. Balboa, in c. cum Bertoldus, n. 50. *de re iudic. & in d. ad nostram*, n. 31. *de iurejur.* Avenanno, *de consuetud.* c. 10. n. 16. Sed haec communis interpretatio adhuc difficilis redditor ex sequentibus. Primo, nam cum lapsissime fructus superent valorem immunitatis ab obsequiis debitis, quibus interea vassallus solvitur, non apparet quomodo ille excessus fructuum retineri possit abique usura, cum tantum ob pecuniam mutuo acceptam retineatur, maxime quoties feudi onera, aut fere nulla, aut exigua sunt, ut militaris opera in bello quod neque ingruit, nec verosimiliter suscipiendum est: tunc enim immunitas per aliquod tempus ab illa militari obligatione estimabilis non est, & tamen fructus feudi pingues omnino sunt. Igitur abique iniustitia retineri nequeunt. Secundo, quia in feudis antiquis patralis, quo industria, & labore, aut etiam sumptibus feudatiorum multo fertiora relictia sunt, cum obsequia feudalia illis fructibus minime respondeant, iniuste retineantur a domino absque diminutione sortis. Tertio, si feudatarius feudum emerit ab ipso domino, aut ab alio vassallo, tunc non erit datum feudum ob servitia praestanda: quare fructus illi non percipiuntur in compensationem obligationis, quam feudatarius contrahit ad similia obsequia: sed quia sunt fructus rei, cuius dominium utile emptum est iusto pretio; quare etiam re illa domino pignori data, cum vassallus dominium utile retineat, debet fructus eius percipere. Tandem aliquando accidit, vassallum praestare non solum obse-

quia, verum & pensionem certam: quo casu si dominus ratione pignoris fructus lucratur, & simul pensionem exigit, aperta ultra committitur. Igitur non recte docemur, dominum rei feudalis non teneri imputare fructus ipsius in fortem principalem.

Adhuc tamen retinenda est communis interpretatio, & pro eius expositione sequentes casus sunt distinguendi. Primum est, cum vassallus feudum regulare accepit, & domino pignori dedit: quo casu quod non potest, quamdā dominus fructus feudi percipit, obsequia praestare, quia iniquum esset, ut vassallus onus subiret, nullam autem commodam perciperet; nec in ipsa feudi constitutione caveri poterat, ut quoties feudum ad dominum rediret, etiam per oppignorationem, toto illo tempore fructus perciperet, & simul debita servitia exigeret. Secundus casus evenit, quando feudatarius feudum pretio sibi comparavit, & non gratis accepit: quo casu praesens decisio locum non habet, quia fructus illos emit feudatarius emendo feudum illi; ergo nequit privari abique iniustitia, ut post Lessium, & Covar. defendit Gibalinus, *de usuris* l. 4. c. 3. art. 10. q. 1. n. 1. Idem dicendum est de melioramentis rei feudalis a vassallo factis, quae quidem diminutione sortis a domino retineri nequeant, quia fructus illi non sunt revera rei feudalis, sed rei alienius, quae ipsi accessit, aut fructus industriae, & sumptuum, quos impendit feudatarius, & in quos dominus nullum jus sibi vindicare valet, ut illos abiciat, vel retineat. Tertius casus, & proprius praesentis decisionis eventus, quoties feudum gratis omnino concessum fuit ob militaria obsequia, aliae similia, etiam adiuncta aliqua modica pensione in pretium feudum, quod gratuitum est, & beneficium: quia pensio tantum solvitur in recognitionem domini: quo casu si feudum pigori domino dedit, dominus percipit eius fructus, nec in fortem teneat imputare, donec obsequia, aut pensionem non exigit, ut in presenti cavetur, quia est natura, & conditio similibus feudi, nec ullo damno inde afficit vassallus, qui servitia, aut pensionem non praestat, si fructus non percipiat, ut late probat Gibalinus, d. q. 1. n. 1. iuxta quam doctrinam exponendus est textus in c. *de pignor.* in §. *compil. ibi*: "Cum laepe contingat, Advocatos advocatias, quas in Ecclesia obtinent, aliis titulo pignoris obligare, in Ecclesiarum vestram non modicam laesionem: nos indemnitas Ecclesiarum vestram paternam volentes sollicitudine providere, vobis praesentium auctoritate concedimus, ut si Advocati Ecclesiarum vestram advocatias suas vobis obligare voluerint pignori, vos eas recipere valeatis, nec fructus provenientes ex eis in fortem teneamini computare. Hi autem, qui eas obligaverint, a servitiis, in quo vobis pro Advocatis Ecclesiarum, interim fiat immunes." Ubi agitur de Advocatis Ecclesiarum, qui sunt quasi beneficiarii, & feudatarii ipsarum, ut dicemus in titulo *de iurepatr.* Ex eadem ergo ratione, ex qua domini feudorum percipiunt fructus rerum feudaliū, dum pigori subiecta sunt, quia videlicet vassalli interim debita obsequia non praestant, ex eadem ratione Advocati Ecclesiarum qui advocatias Ecclesiis ipsi pigori obligant, quia servitia ipsa non impendant, fructus non percipiunt; imo Ecclesia eos lucratur; nec tenetur in fortem imputare, ex praesenti textu. Haecque tradita procedunt, nisi ex conjecturis appareat hoc genus contractus in fraudem usurarium initium fuisse, & ab inopie vassallo extortum foenerandi animo, quod ex modicis pecuniae, & laesione, & quantitate fructuum rei feudalis, ex egestate, & inopia debitoris, aliique rerum, & personarum circumstantiis iudex arbitrabitur, argumento legis *Nesentius*, ff. *de negot. gestis*, l. 3. §. *eiusdem*, ff. *de testib.* docuit Leotardus, *de usuris*, q. 14. n. 26.

Hac tamen tradita sunt pro expositione praesentis textus, & textus in d. *c. 8. de usuris*: alia vero ratio est textus in c. 1. *de usuris*: in eo enim agitur de beneficio, id est, de feudo iniuste a laico vassallo decento: in qua specie cum Ecclesia illud recuperare non possit, ideo si vassallus tale feudum pigori Ecclesiae obligaverit, potest Ecclesia fructus percipere, nec tenetur in fortem imputare, quia Ecclesia tunc nihil alienum recipit, quod imputare, aut restituere teneatur: sed potius suum ab alio iniuste detentum; docuit Arias de Mesa, l. 3. var. c. 46. n. 34. ubi recte observat, quod etiam si eo casu vassallus obsequia praestet, adhuc Ecclesia potest fructus retinere, nec tenetur eos in fortem imputare, quia eos ut proprios, non ut alienos recipit.

C A P U T II.

Idem Archiepiscopo a Mediolanensi, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali.

EX parte tua nostro est Apostolatus referatum, quod saepius dubitasti, utrum cum contingit b vassallum tuum decedere, & ad te feudum ipsum redire, feudum eius alii licet tibi dare: quamvis c juramento tenearis adstrictus, non infundare de novo, Romano Pontifice inconsulto. Ad hac, si vassallum tuum feudum d alienare contingat, an ipsius filium, vel consanguineum consortem ejusdem feudi de ipso valeas e investire. Alia quoque tua dubitatio continebat, ut cum feudum alienatum repereris, quod per te facile recuperare non potes, utrum possis alii iusto in feudum illud concedere, qui & illud recuperet, & in feudum per Ecclesiam recognoscatur. Nos igitur super his de mente tua scrupulum volentes dubitationis auferre, praesenti tibi m. quat. si quando praefati casus emerint, in primo feudum decedentis libere, si videris expedire, concedas, ac in secundo filium, vel consanguineum alienantis investies: in tertio feudum alienatum ei poteris licenter concedere, per quem ipsum Ecclesia valeat habere.

N O T A.
Mediolanensium.) Ita etiam habetur in tertia collectio-
 ne, sub hoc tit. c. 1. De Mediolanensi Ecclesia non-
 nulla notavi in c. cum adeo 17. de regis.
 b Vassallum.) Circa voces senioris, vassi, & vassalli in ju-
 re feudorum passim occurrentes sciendum est, quod, qui be-
 neficii feudalis auctor est, cuique clientes subsunt, & domi-
 nium directum retinet, dominus dicitur, & senior, ut pro-
 bat Hothomannus, *disp. de feud.* c. 3. Gibalinus, d. l. 4. de usuris,
 c. 3. art. 2. Vassus dicitur, qui beneficio feudali obstrictus est,
 l. 4. legum *Frav.* c. 69. ibi. Vassi nostri, vassi Episcoporum.
 Et l. 4. c. 75. ibi: De vassis dominicis, qui adhuc intra casam
 servant, & tandem beneficium habere noscuntur, statuum
 est, ut cum quincque ex his cum Imperatore domi remane-
 rint, vassallos suos casatos secum non retineat, sed cum Co-
 mite, cuius pagensis est, ire permittat, & Inter vassos autem,
 & vassallos ea datur differentia, quod vassi dicuntur, qui
 feudum acceptant ab Imperatore, vel Rege, ut Duces, & Co-
 mites; vassalli vero, qui ab ipsis feudum acceptant: li-
 cet postea vassi pro vassallis, & e contra accipi coeperint,
 ut probat Hothomannus, *de verb. feudali.* verbo *Vassallus*, Joan-
 nes Vossius, *de vitiis serm.* l. 1. c. 7. & l. 3. c. 54. & l. 1. c. 19.
 Lindembrogus, in *Glossario.* verbo *Vassallus*, doct. & fute Gi-
 balinus, d. c. 3. art. 2. n. 7.
 c Juramento.) De hoc juramento tempore consecrationis
 ab Episcopo praestato nonnulla notavi in c. 7. de rebus *Ecl.*
 d Alienare.) Et per consequens illud amittit, ex constitu-
 tionibus enim Lotharii III. & Frederici I. feudum alienari
 non potest invito Domino, alioquin irrita est venditio, seu
 donatio committitur. Gutherus l. 8. *Liguri.*
 Si quis habens feudum, pretio seu vendere totum,
 seu pro parte vult, Dominique licentia desit.
 Si pro parte, seu vultio supposito cogitur, illud
 qui dedit amittit, nec qui suscipit habet.
 Et paulo post:
 Hac magnum fieri vultu Leotardus, ut no-
 taia restatarii volumus, facienda curari.

Nec etiam potest donari pie cause, nisi ex consensu Domini.
 Auctor Anonymus vita Burchardi comitis ibi: Depre-
 catus est itaque cum, quatenus villam, quam de eius benefi-
 cio tenebat, quae Litias appellatur, Ecclesie Fostatensi daret,
 ita ut etiam praedium suae possessionis, quod Ajuerum dicitur,
 spontanea voluntate simul tribueret. Postea tamen cum
 feuda desideravit a sui matre, & patrimonii jure haberetur,
 creperunt alienari soluto laudemio pristino domino, ut
 post Feudistas docuerunt Gibalinus, d. c. 3. art. 6. Hothoma-
 nus, *de feudis*, c. 34. Daarenus, in *consuet.* feud. c. 13. Altesse-
 ra, *de feud.* c. 15. per totum.
 e Investitura.) Investitura est cessio solemnis feudi per ha-
 stam, vel vexillum, aliudve symbolum, quo dominus obli-
 gatur feudum alteri tradere, quem in vassallum habere vult.
 Vox barbara est, apud varias nationes usitata, ut post Feudistas
 probant Gibalinus, d. c. 3. art. 8. per totum, Vossius, d.
 l. 3. c. 16. Lindembrogus, *verbo investire*. Et quia plerumque
 res ablatas in feudum concedebantur, & per symbolum pos-
 sesso tradebatur, ipsa traditio investitura dicebatur. De va-
 riis traditionum symbolis ibi in c. 2. de *consuet.*

C O M M E N T A R I U M.
 EX hoc textu sequens communiter deducitur conclusio: "Prælati qui juravit non infundare res Ecclesie, potest res iam infundatas finito feudo iterum ex justa causa infundare." Non extat ab specie alia similis decisio in jure. Illustrant tamen eam assertionem ultra congeitos in presenti a Barboia *axiom.* 21. Balboa, in c. ad aures, & de *prescript.* n. 75. Solozanus, l. 3. *poli.* c. 32. Scortia, in *select.* epist. 97. *theorem.* 239. Pachineus, l. 7. *controv.* l. 71. Petrus Gregorius, l. 7. *synagm.* c. 6. Gibalinus, l. 4. *de usuris*, art. 3. *rel.* c. 1. *dispert.* 15.
 Sed pro dubitanti ratione in praesentem assertionem ita in-
 surgit. Prælati Ecclesiarum res ipsius Ecclesie in feudum dare nequeunt, ex Decreto Urbani II. relato sub titulo *Episco-
 po, vel Abbate*, in usus feudorum, ibi: "Item si Episcopus, vel Abbas, vel dominus plebis feudum dederit de rebus Ecclesiarum, quae eis subiecta sunt, & tituli vocantur, nullam habere vigorem, secundum hoc, quod constitutum est a Papa Urbano in S. Synodo, hoc est illud, quod post ejus decretum fuerit: quod autem antedatum fuerit, firmiter permanere debet." Sed temporalis alienatio jus, seu naturam rei non mutat, l. *nemo* 164. §. *temporaria*, ff. *de reg. jur.* Igitur in praesenti specie Archiepiscopus Mediolanensis, qui propter jus commune, & juramentum a se tempore consecrationis praestitum res Ecclesie in feudum dare nequebat, nec jam in feudum concessa iterum finito feudo poterit infundare. Augetur hæc difficultas ab ea specie ex eo, nam decimas in feudum datas Episcopus iterum infundare non potest, quia prohibitus est decimas laicis in feudum dare, c. *prohibemus*, c. *quoniam*, *de decimis*, c. *ad Apostolicas*, *de his qui sunt a Prælat.* c. 2. §. *sane*, *de decimis* in 6. Illustrant Covar. l. 1. var. c. 16. n. 5. Pachineus, l. 7. *controv.* c. 71. Balboa, in d. c. ad aures n. 84. Igitur idem dicendum est in aliis rebus Ecclesie in feudum dare consuevis.
 Qua dubitanti ratione non obstante, vera est praesens assertio, pro cuius expositione sciendum est, feudum a fide nominari nonnullis voluisse, cum feudificio Oberto l. 2. *feudat.* *tit.* 3. §. 2. Verum potius fidelium, aut fidelitium dicitur debeat. Cuius ibi refert a quibusdam dictum fuisse feudum a

feudare, quasi feodum. Verum nec Latina hæc vox est, neque a Latinis derivata, sed a Germanis, & Francis, a quibus feudum derivatum est a voce feida, quæ bellum, & inimicitias privatas significat, ut probat Vassius, *de vitiis serm.* l. 3. c. 6. & constat ex legibus Longobardorum, *tit.* 30. ubi legitur: "Ut feida, quod est inimicitia, post acceptam compositionem postponatur." Et *tit.* 58. ibi: "Propter feidam depoenadam." Et l. 1. *tit.* de homicid. liberi hominis, ibi: "Quia filius ejus quod semineo sexu esse probatur, non possunt feidam levare." In *legibus Francorum* l. 3. *tit.* 49. ibi: "Ubi-
 cumque culpa contigerit, ut feida crescere possit." Inde quoque diffidare, est bellum indicere, seu inimicitias denunciare, c. 1. in *fine* de homicid. in 6. Verrucius, in *Glossario.* verbo *Diffidare*. Cum igitur clientelæ istæ instituerentur, ut quilibet suos quasi devotos ad suas feidas, & contentiones persequendas paratos haberet, feuda dicta sunt, ut notatur David Argent. in *select.* *tit.* de feud. c. 1. Antonius de Bellis, *cod. tit.* in *prin.* Gibalinus, l. 4. *de usuris*, c. 3. art. 2. n. 4. & male confundi feudum, cum fodero, & fredo, notavit Bosqueus ad *Immaculatum* III. l. 1. ep. 25. Quamvis autem feudum sit jus illud, quod vassallo a domino in suis rebus conceditur cum obligatione fidei, & obsequiis militaris, unde saepius dicitur feudum inesse praediis & in illis constitui; obtinuit tamen usum, ut non modo contractus, quo feudum constituitur, verum ipsa quoque praedia, in quibus constituitur, feuda dicantur. Unde passim legitur, feudum mutari, alienari, oppignorari. Nec iste modus loquendi insolitus est, nam servitutes cenus, & jura praedium appellat praedia Cellus, in *l. quid* 86. ff. *de verb. signif.* sic etiam agros militibus fruendos datos beneficia vocat Cicero §. in *Verrum*. Metellus litteras ad Siciliæ civitates misit, per quas hortatur, & rogat, ut arent, & serant in beneficium populi Romani; & tamen certum est, aliud esse beneficium, aliud materiam beneficii. Appellatur etiam feudum beneficium, l. 2. *feud.* *tit.* 52. & l. 1. *cap.* c. 132. & l. 3. c. 19. ep. 20. Hinc beneficiare, pro infundare, vel feudum alicui tribuere. Sigebertus in *chron.* anno 1007. ibi: "Imperator seditione suorum coactus Valentianam Baldino Comiti beneficiavit, ut sibi contra motus suorum auxilio esset. Nec hic loquendi mos abhorret a Romano; qui enim aliquid dono Populi Romani, aut Imperatoris benevolæ voluntate acceperant, & beneficium accepisse, & beneficiarii dicebantur. Unde Caesar l. 2. *de jure civili* scribit, se nullam partem belli in Hispania voluisse relinquere, quod magna esse Pompeii beneficia, & magnas clientelas in citeriori provincia sciebat. Cicero l. 2. *de lego agraria*, sic: "Unquique studio, & iustitia suo viam sibi ad beneficium imperandam manire possit. An vere beneficia ecclesiastica ab his beneficiis dicta sint, ut voluit Cajacius, l. 3. *feudor.* *tit.* 1. notavi in c. 1. de *prob.*"
 Secundo sciendum est, circa feudorum originem varias esse DD. sententias. Cajacius, in *presat.* ad l. 1. *de feud.* a veteri Romano jure reperit: sed perquam absurdum est, ab eo jure feuda deduci; siquidem Obertus ipse l. 2. *feud.* *tit.* 1. fatetur, jus feudorum totum manasse ex consuetudine, nihilque commune habere cum jure Romano; nec enim feuda repeti possunt a clientelis Romanorum: nam jura illa patronorum, & clientum erant mere personalia, nec in his intercedebat aliqua data praedium, sed nuda ergo sponsoialium, & annorumum. Jus vero feudorum in rebus tantum soli consistit. Si a praediis assignatis veteranis, de quibus in l. in *agris* 22. *dig.* *de acquir. domin.* feuda repetantur, non recte siquidem praedia illa limitanea erant, & in dominium veteranorum perpetuo transibant; feuda vero temporaria erant, nec eorum dominium in vassallum transferretur. Alia legibus Longobardorum feuda repetunt, sed perperam, cum Gerardus feudorum primus Interpres, natione Longobardus, jus feudorum antiquissimum esse restetur. Et plane commentitium est, quod nonnulli ajunt, Longobardos occupata Italiae parte agros duobus, & militibus divisisse sub his conditionibus, quae redactæ sunt in libris feudorum; nam in Longobardorum legibus, si demas quas addidit Carolus, alique Franci, & Germani Principes, nihil de feudis palam cautum reperitur; & occupata Italia per Longobardos, non alia legitur ratio instituta, quam quæ fuerat sub Gothis, nimirum tertia praedium erepra veteri possessori, vel tertie frugum vestigialium. Paulus Diaconus, *de gestis Longob.* c. 18. ibi: "His diebus multi Nobilium Romanorum ob cupiditatem interfecisti sunt; reliqui vero per hostes divisi, ut tertiam partem suorum frugum Longobardis perfolverent; tributarii efficiuntur." At de feudis alium silentium apud eos; unde audiendi non sunt Daarenus, in *comment. adversus feudum*, c. 3. Hothomannus, *de feudis*, c. 1. Pachineus, l. 7. *controv.* c. 1. Gibalinus *de usuris*, l. 4. art. 1. qui ex jure Longobardorum feudorum initium repetunt. Nec feliciter Budeus, in l. 2. ff. *de orig. jur.* Zafius, in *epit. feud.* l. 1. originem referunt ad clientelas, quæ inter populi Romani Duces, & gentes illi subactas instituebantur, & quos restitit Gibalinus d. c. 1. Rectius ergo originem feudorum repetas a moribus Francorum; Franci enim rerum potiri in Gallia praedia diversere duobus, & militibus beneficiario jure, sub lege fidei, & servitii, priusquam Longobardi Italiam arripissent: hoc jure Aureliano Duci Melodanensis pagani beneficii nomine datum a Clodoveo refert Aymonius l. 1. *hist.* c. 14. his verbis: "Unde cum Clodoveus Regnum suum usque Sequanam, atque postmodum usque Ligerim fluvium amplasset, Melodanum castnum eidem Aureliano cum totius Ducatu regionis jure beneficii concessit." Unde jam ab illius regni canabulis passim celebrantur Regileudes, five leodes, id est

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

est fideles, quia Rege pradia tenebant sub lege fidei, & servitii. Gregorius Turon. l. 3. *hist. Franc.* c. 21. ibi: " Sed & ille numeribus placatus, a leodibus suis defensus est, & in regnum stabilitus. " Aymonius, l. 3. c. 48. ibi: " Fuit autem Gantranus leodis suis devotus, gentibus externis pacatus. " Et ut feuda manarent ex moribus Galliarum, ex eis etiam leatate sunt feudorum leges, veluti lex commissi ob feloniam, etiam olim in Gallia moribus, & proprio jure, quod jure Cifmontanum appellat Joannes Saresbat. ep. *9. ad Alen.* l. 1. ibi: " Unde ut asserbat illustris Blefensis Comes Theobaldus, Princeps quidem justitiae amator, & juris Cifmontani peritissimus, ad quem Episcopus Vintoniensis liberorum causam transmissit, quod ad ipsum res ista jure feudi causam transmissit, acies posterioribus Episcopis Galliarum, consilio eorum, a liorumque sapientum causa cognita, patre defuncto eos legitime agnovit heredes. " Cujus consuetudinis Galliarum in feudis recepte mentio fit in *de delictis de arbitrio, c. secretum de iudicio*. Auctores etiam librorum feuditicorum diversos faciunt Daresnes, Hothomannus & Fachinus, ubi proximo. Primi quidem libri Gerardum Nigrum, secundi, & tertii Obertum de Orto, naeres ipsorum laudans, qui fuerunt Consules Mediolanenses imperante Frederico I. Frisingensis l. 2. *de gestis Friderici*. c. 12. Sed rectius ipse Hothomannus calumiam primum librum non unius auctoris opus esse, sed rapsodiam jam ex variorum auctorum scriptis confectam; quod probat ex perpetua re singularum paginarum inter se pugna, & discrepantia; deinde ex inepta orationum proceptorum istidem verbis iteratione; quod idem dicendum est de secundo libro, ipsaque farragine effe jure feudistici asserit. Quanta tamen auctoritas sit libri illi, examinat Fachinus, l. 7. *controv.* c. 2. Recte autem monet Cajacius, ibi, in his libris coartari mores & jus, quod gentes libenter servant, nisi cum earum juri proprio aliquid contrarium statuerit.

9
De rebus
quodam
dant
pallio,

Secundo sciendum est, quae res in feudum dari possint? Et regula generalis concipienda est, in omnibus rebus immobilibus, in quibus usufructus constitui potest, resenta proprietate pene dominum, in eisdem feudum constitui posse. Cajacius l. 2. *feud. tit. 1.* Hothomannus, *de feud.* c. 14. Deinde in his rebus, quae licet immobiles non sint, immobilium jure gaudent, ut Imperia, Magistratus, jura, pensiones pecuniarie, feudum constitui potest, ut probat late Gibalinus, *de usuris* l. 1. c. 3. *per totum*, ubi in rebus vero mobilibus feudum constitui non poterat, ut probat Hothomannus, *de feud. tit. 1. d. c. 14.* hodie tamen cum jam natura feudum mutata sit, & perpetuo jure constituantur, etiam in rebus mobilibus, & pecuniae possunt constitui: illud tamen semper exigatur, ut res quae in feudum datur, alienabilis sit, alias enim si alienari non possit, neque in feudum dari valeat. Ejusmodi vero sunt res hereditariae, l. 2. *de leg. C. de leg. fundus dotalis, l. 1. c. per tot. ff. de fund. dotat. bona filii adventitia, l. 1. C. de bonis matrem. res fideicommissariae restitutioni obnoxiae, l. 1. *de leg. sed quia, C. commun. de legat. res communes, cum diviso postulata est, l. 1. c. Cod. commun. divid. tandem omnes res, quae sine a lege, sine a testatore, sine pactioe contrahente alienari prohibentur, l. ult. *C. de rebus alien.* Unde cum res Ecclesiae alienari prohibentur absque justa causa, & certa solemnitate, ut probavi in *c. nulli 5. de rebus Eccles. Ideo Praelati similes res in feudum dare nequeant, ex praesenti textu, & aliis supra citatis.***

10
Quiniam
feudum
dare pot.
vat.

Magna est circa personas, quae feudum dare possunt, juris feudistici varietas, & distantia, quam saepius observat, & conciliare conatur Hothomannus *de feud. c. 6.* Illud certum est, dominum qui liberam habet honorem suorum administrationem, posse dare illa in feudum, nisi speciali aliquo jure prohiberetur. Et omnibus feudis majoribus, quae tantum supremi Principes dari possunt, feuda minora constituere possunt Episcopi, Abbates, Praepositi, & laici in aliqua dignitate constituti potest, & patrifamilias habens praedium allodiale, hoc est liberam ab omni feudo, illud alteri plebejo, aut rustico dare, *ex l. 2. feud. tit. 2.* nisi alienandi facultatem non habeat, ut sunt minores 25. annis sine curatoris auctoritate, quia neque illi aut libere de suis bonis disponente, vel ea alienare possunt, l. ult. *§. si quis, C. de bonis, qui lib. mariti respectu rerum dotalium, ex traditis in c. ex rescripto, de juravit. mulier quae luxuriose vivit, l. in mulieris 15. ff. de curat. furios. alioquin mulier recte feudum dare potest, *ex l. 2. feud. tit. 2. §. 3.* quia illa donare potest, l. donari, *ff. de donat. Jure tamen Longobard. desiderabatur auctoritas tutoris, quia apud eos, sicut apud Romanos, mulier erat in perpetua tutela, l. 2. *Legum Longobard. tit. 10.* Hoc tamen feudum a formis concilium, improprium esse dixit Hothomannus, *de feudis 7. 11. sub finem*, ex defectu obsequii militaris, quod in eo non datur. Feudum autem lex modis acquiri probat Hothomannus, *d. disp. de feudis, c. 12.* videlicet donatione, emptione, permutatione, successione, prescriptione, & investitura, quosillatim exponit Gibalinus, *d. l. 4. c. 3. art. 7. cum seq.***

11
Quibus
modis
feudum
acquiratur.

Tandem ut modos, quibus feudum amittitur, agnoscamus, sciendum est, feudum aliquando committi, aliquando amitti. Feudum committitur ob feloniam, id est, perditionem, veluti ob fugam ad hostes, quod vassallis Comitum Jopenfis, evenisse refert Villelmus Tyrus, l. 14. *hollifueri, c. 16.* ibi: " Hae videntes quidam de fidelibus ejus, relinquentes quae ab eo habebant beneficia, meliores partes fecerunt ad Dominum Regem se conferunt. " Feudum etiam committitur ob desertionem Domini, vel Principis in acie, & si servitium militare non

impleatur. Ordericus Vitalis, l. 10. *hist. Eccles.* ibi: " Certum est, quod quisquis Dominum suum in mortis periculo sponte deserit, aliomodo pro vadituri lucrum appetit, seu militari servitium, quod ultra pro defensione regni exhibere debet, Regi suo venale facit, eumque propriis spoliarie dominis contendit, iudicio rationis, & equitatis ut proditor iudicabitur, & haereditatis rebus merito nudatus, extorris effugabitur. " Feudum etiam committitur ob malas consuetudines, id est, novos casus iudicatos. Robertus Mortensis, in *chron. anno Domini 1197.* ibi: " Et forsitan ideo praedictas munitiones perdidit, quia malas consuetudines ipsi, & eorum antecessores diu tenuerunt. " Item committitur feudum, si vassallus dominum eucujitaverit, id est, si uxoris domini, filiae, aut natus, aut fororis virginis, quae adhuc in capillo est, pudicitiam attentaverit, sive re ipsa corrupit, *lib. 1. feudorum tit. 5. §. 1. & lib. 2. tit. 38. & 37. & lib. 3. tit. 2. §. 1.* Occurrere autem dixerunt Feudum a barbara voce carbita, quod stuprum & infamiam significat, ut probat Gibalinus, *d. c. 3. art. 9. n. 4.* Amittitur autem feudum ob delictum vassalli, vel extra 2. ob delictum, veluti propter necem domini, voluntate illi illatum, l. 1. *tit. 17. l. 2. tit. 31. §. 57. feudorum*; ob oppugnationem castri, l. 2. *tit. 37.* ob accusationem, seu testimonium capitale, l. 2. *tit. 24. & tit. 33. §. 2.* ob relationem infamiarum, l. 2. *tit. 24. §. 4. & tit. 26. §. 18. & tit. 28. §. 2.* ob renunciationem feodum a patrono commissi, l. 1. *feudorum, tit. 17.* oppugnationem, vel alienationem feudi sine permissa patroni, l. 1. *tit. 5. §. 2. l. 2. tit. 24. §. 5. tit. 38. 44. & 48.* Extra delictum feudum amittitur morte vassalli sine liberis legitimis, juxta conditionem feudi. Item lapsu temporis, si feudum temporale sit. Hothomannus *de feudis c. 35.* Feudum autem Ecclesiasticum ex constitutione Contradi non committitur in perpetuum ob noxam Episcopi, vel Abbatis, quia ut docetur in *c. si Episcopus, 16. q. 6.* delictum Praelati non debet nocere Ecclesiae, *de decreto Friderici I. Halberstadensis, & Bomeensis Episcopi* feudis regularibus multati sunt in vita temporis, quod Friderico defunctis in expeditione Italica. Gautherus: *Quin & Pontifica, Halberstadensis, & ille sub quo Brema fuit, tali regalia jura amittere nota, persona scilicet ipsa. Non tamen Ecclesia; neque enim quod Pastor inique Gessit, Ecclesia sua est in damnata refuendi.*

Feudi porro committuntur, exheredationem vocatit posterioritas, quod ademptionis feudi eadem ferebat causa, quae exheredationis. Rogerus Hovedenus: " Villelmus Comes de Moretum exheredatus est de tota terra sua, quam habuit in Anglia. " Matthaeus Vexfordaerensis anno Christi 1155. Rex Anglorum Henricus exheredavit Guilielmum Peverel causa beneficii, quod Ranalfo Comiti Cestriae fuerat propinquitum. " Feudo sicut commisso, id intra annum Principes dimittere debet, ne culpa vassalli Domino feudi fraudi sit, ut in edicto Joannis Regis Anglorum ad annum Christi 1215. quod refert Mathaeus Parisi ibi: " Nos autem non renebimus terras eorum, qui contra iuram de feloniam, nisi per annum unum, & unum diem, & tunc redantur terra Dominis feudorum. " Majora feuda, puta Ducatus, & Comitatus, lege feudorum restandi ad principem, debentibus masculis haereditibus. Hoc jure morte Friderici Moellanorum Ducis sine haereditibus masculis Ducatus ad Imperatorem reversus est anno Christi 1094. Sigbertus ibi: " Friderico Moellanorum Duce mortuo, Gotchelus Dux imperatoris non habebat, quibus Ducatus competere, Gotchelus Dux imperatoris ab imperatore etiam Moellanorum Ducatu, in Lotharinga penitus principatur. " Tandem quoad modum, ex quo diximus fieri feudum morte vassalli, sciendum est, feuda ab initio fuisse temporaria, & precaria, ita ut morte accipientis finirentur, ut probat Altesterra *de feudis, c. 2. per totum*, idoque plerumque in feudis fisci, vel Ecclesiae lex dicebatur, ut eorum descriptio feret, ne lapsu temporis intervenirentur, & in aliodium, seu dominium perpetuum religerentur. Concilium Meldeuse sub Carolo Calvo *can. 20.* ibi: " Quia maxime quod ad Rempublicam pertinet, aut preceptione in beneficiario iure, aut in aliodio absumptum habetur, videtur nobis utile, & necessarium, ut fideles, & strenui milites ex utroque ordine per singulos Comitatus Regni vestri mittant, qui omnia diligenter imbrevent, quae tempore ari, ac patris vestri, vel in regio principaliter servitio, vel in vassallorum dominorum beneficiis fuerant. " *Et l. 3. cap. Caroli, §. 82.* Ut non solum beneficia Episcoporum, vel Abbatum, Abbatiarum, atque Comitatus, sive vassallarum notantur, sed etiam fisci nostri deserviant in breve. Postea tamen a temporibus Ludovici Pii ceperunt feuda esse haereditaria, ut probat Altesterra *d. c. 2. per totum.*

Quibus ita animadvertis pro plena feudorum cognitione, eorumque natura, quam doctae, licet breviter, perlargita Innocentius in praesenti, apparet vera ratio ipsius decisionis, licet enim in casibus ab Innocentio relatam feudum per alienationem, & mortem vassalli rediret ad dominum, & eo iterum mens Ecclesiae incomparrato, videretur dicendum, non posse Archiepiscopum, qui iuramento promiserat non infeudare res Ecclesiae, iterum novum vassallum de feudo illo investire: contrarium tamen decrevit Innocentius ex principio illo vulgari videlicet quod alienabilis non fuit facta, semper manet alienabilis: quod axioma illustrat Barbosa, in *axiom. c. 21. Solorzano, d. 63.* unde licet res Ecclesiae inalienabilis sint, ex traditis in *c. nulli 5. de rebus Eccles.* & per consequens in feudum ab Archiepiscopo dari non possunt, ex supra traditis,

12
Traditur
ratio deci.
dendi.

ditis, tamen ex quo jam in feudum data reperiebantur, alienabiles facta fuerunt: nec ipse Archiepiscopus de novo in feudum dare eas creditur, sed potius antiquum feudum conservare: unde recte docet Innocentius, abique metu perjurii ipsum posse iterum de feudo ipso alium possessorem investire. Facit exemplum papilli, qui licet novum feudum concedere nequeat sine auctoritate tutoris, antiquum tamen renovare valet, l. 2. *feudorum, tit. 3. §. 1.* quia non videtur de novo alienatus, ut ibi docetur: & sicut pupillus sine tutoris auctoritate non potest servum tabernae, aut negotiationi efficaciter proponere, l. *verum 9. ff. de insti.* tamen si jam praepositor reperitur, efficaciter ipse ex negotiatione obligatur, l. *sed si pupillus 11. ff. eodem tit.* Similiter ergo licet Praelatus Ecclesiae non possit absque iuxta causa, & debita solemnitate rem Ecclesiae in feudum concedere, tamen antiquum renovare non prohibetur.

13
Pignorum
ur diffi.
catis.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta; nam licet temporaria alienatio iurei non mutet, tamen feudi concessio non est temporaria alienatio, imo perpetua, ut supra adduxi unde rem ipsam reddit alienabilem de cetero intra eandem alienationis speciem. Nec obstat augmentum ipsius difficultatis; nam licet controversum sit, an adhuc post prohibitionem Concilii Lateranensis relata in *de prohibitis*, juxta illius textum communem interpretationem possit Episcopus decimas infeudatas ante ipsam, iterum laicis in feudum concedere, & veterior sententia sit, de illis iterum non posse investire laicam; inter illum tamen casum, & praesentem decisionem magna versatur differentia; nam in prohibitione infeudationis in laicum, ultra prohibitionem Concilii, & alienationem rerum Ecclesiae reperitur incapacitas laicorum, quam agnoverunt Ecclesiae Patres: unde cum ea post Concilium Episcopi, & similes Praelati tollere non possunt, ideo neque ex novo feudo, nec ex veteri, seu antiquo possunt decimas laicis concedere, noviter eas infeudando, aut per investituram jam infeudatas aliis concedendo: quae incapacitas in praesenti textu non datur. Unde licet Archiepiscopus in eius specie non possit res Ecclesiae in feudum concedere, propter juramentum praestitum de ipsis non infeudandis, tamen feudum antiquum iterum concedere valet. Faciunt quae de precariis antiquis infeudandis adduxi, in *cap. 1. de precariis imm. 7.*

TITULUS XXI.

De Pignoribus.

CAPUT PRIMUM.

Ex Concilio a Rbemensis.

Nullus clericus praesumat b calicem, vel e patenam, aut pallam altaris, vel d vestimentum sacerdotale, aut e librum tabernario, vel negotiatori, aut cuilibet laico, vel femine in f vadimonium dare, quia tanta est sanctitas sacri ministerii, ut salva altioris mysterii intelligentia, etiam per prophetam q Dominus prohibuerit, ne cum sanctis vestimentis Sacerdos procedat ad populum, sed intra sancta illa dimittat, ad eum a colloquio divino rediens. Et cui in tabernis a sacris b canonibus ingredi prohibetur, sanctificata sacro ministerio nec ad contingendum immundis, quanto minus in vadimonium exhibere debet, sicut i Stephanus sanctus Papa & Martyr ad S. Hilarium in suis Decretalibus docuit.

NOTAE.

1 a Rbemensis) Ita etiam legitur in 1. collect. sub hoc tit. c. 1. apud Barchardum vero l. 3. c. 104. & Carnotensem p. 2. *Decret.* c. 139. additur c. 11. Et licet in nullo ex Conciliis Rbemensibus hucusque excusis reperiantur haec verba, referuntur tamen ab Hincmaro Rbemensis in capitulis anni 852. c. 11. & ex eo refert Pater Sirmondus in *notis ad Capit. Caroli, & 121. Conciliorum* fol. 508. Sententia etiam hujus textus reperitur in Concilio Rbemensis celebrato anno 630. pro ut refertur a Coriolano, in *summa Cone.* fol. 317. unde credo canonem hunc esse Concilii Rbemensis, Decretalis autem illum transferipisse ad Hincmaro, d. c. 11. ex quibus ita praesentem litteram refertur.

b Calicem.) De quo, & ejus forma, ac materia agemus, in *c. fin. de celebratione Missarum.*

c Patena.) Patena est vas genus, a patendo dictum, vel ut ait Varro, l. 4. *de lingua Latina*, veteres patenas a patulo dixerunt, eo quod his libaretis coenis patellas: inde patella vasa cocula parva, sacrificii apta, auctore Pello. Hinc patellarii Dii, apud Plantum in *Gibellaria*, qui his vas placabantur. Veteres enim aliquid de coena libabant Diis, illudque patella imponebant: unde Ovidius, in *Festis* ait: *Eri missos Vestis parva patella cibos.*

D. Hidorus l. 20. *originum* c. 20. non poculis adhibere patenas, sed elcis: numeratque non inter vasa potatoria, sed inter vasa escarum: praecipue enim apud antiquos dapes jurulontae patenis in mensam ferebantur: unde Plautus in *Asin.* ait: " Quo vis pacto conditas, vel patinarum, vel asium verbes. " Id quoque liquet ex Horatio l. 1. *satyr.* 3. *Si quis enim servum patinam qui tollere iussit.*

Sensioes pises, repidumque liquoris jai.

Columella l. 11. c. 33. ibi: " Columella patenus meus ex ea creta, quae sicut amphotre, lata vasa in modum patenarum fieri jubebat. " Notavit Marcellus Donatus ad *Trobellium*, in *Claudio*, r. 6. *thesauri critici*, fol. 1615. In laicis canonibus patena accipitur pro eo dumtaxat vase, in quo caelestis hostia in Altari adhibetur, quae apud antiquos dicebatur etiam discus. D. Jacobus in *sua liturg.* ibi: " Cum autem attollunt discus discos, & calices ad impartendum populo. " Evagrius, l. 6. *can. 20.* dum recenfer Regis Costois mandatum, ait: " Dedit mandatum Cosroes Rex, ut ex eo pretio discus unus, & unus calix fierent, ut divinis mysteriis celebrandis intervirent. " Patenarum usum in Missae sacrificio, jam ab ipsis Ecclesiae canonicis ab nostram usque etatem derivatum probant Baronius an. 116. n. 13. & an. 233. n. 1. Novar. in *Aguo Eucharistico*, c. 97. Josephus Viocomes vol. 4. *de ritib. Missae*, l. 6. c. 19. & de eorum materia, forma, & numero agunt Saalicy, p. 3. *Panop. sacra*, l. 9. c. 1. Viocomes ex d. c. 19. usque ad 25. Balenz. l. 2. *epistoliarum*, c. 2. *de vestimentis sacerdotale.*) Ut amicum, albam, stolam, planetam, & dalmaticam, & alia de quibus in communi, & in particulari agit Viocomes, d. volum. 4. l. 1. *can. seq. & not. in c. unico, de sacra vest.*

3 e Librum.) Ut Missale, seu Brevarium, de quo agemus infra in c. 3. seu alix scriptura sacra, non quia in eis aliquid sacrum daretur, sed quia cum divinis ministeriis fuissent deputa-

ta, a profanis hominibus retineri non debeant, praecipue ne ad Gentilium manus pervenirent: unde magna semper Ecclesiae cura fuit, ne traderentur libri, & Ecclesiasticae Scripturae hominibus profanis. Synod. 6. in Trullo *can. 68.* ibi: " Nulli ex omnibus licere veteris, & novi Testamenti librum, nec SS. nostrorum Praeconum, ac Doctorum corruptare, vel conconficere, vel librum cupponatoribus, vel his, qui deieunt Unguentarii, vel alii alii ex omnibus ad eam perditionem tradere, nisi atque, vel a sinei, vel ab aqua, vel aliquo modo redditis fuerit inutilis: qui autem tale quid facere deinceps deprehensus fuerit, anno suo segregetur. " *Conc. Arel. l. can. 13.* ibi: " De his, qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel vasa dominica, vel nomina sacrum suorum, placeat nobis, vel vasa quicumque eorum in actis publicis fuerit detectus, vel verbis nudis, ab ordine Cleri amoveatur. " Quem canonem late exponunt Albapineus, in *eius notis*; Boquet, ad *Innoc. l. 1. c. 130.* Jo: Darris ad *Decret. dist. 15. fol. 47.* Morin. l. 2. *ecclesi.* c. 12.

f Vadimonium.) In vadimonium legitur in 2. & 6. collect. & apud Barchardum, & recte: nam vadium est barbara vox significans pignus, & vadio supponere id est, ac oppugnorare, in l. 19. *tit. 14. l. 1. legum Longob.* ibi: " In vadimonium se ipsum pro pretio tradere. " Et in lege Salica, *tit. 52.* ibi: " De eo, qui fidem factam alteri reddere noluerit, idest qui validam alteri daret, & postea perolvere speraverit. " Et in aliis consuetis a Lindembrogio, *verbo vadimonium.* Unde vaditare, idem est, ac pignorare, in legibus Ripuariorum, & vaditare per stipitem, idest per stipulationem, dixit Innocentius l. 2. *epist. ad Magist. & Erar. Templi.* Illustrant Lindembrogius in *Glossario*, *verbo vadimonium* l. 3. c. 56. Aliquando dicitur Gaudium, ut apud Petrum Mauricium l. 2. *de marit. c. 8.* ibi: " Qui velut ex bona conscientia audacter gaudium in manu ejus ponens, ait: Huius (ut dixi) vel ego testis sum, aliis quoque testibus, vel duello id ipsum probatur. " Ubi uno in codice legi gaudium, seu vadium refert P. Cerdia, in *advoc. c. 168.* Et quis pro multa vadia pignus datur, inde est, quod vadium etiam accipitur pro multa, quam quis deberet. *Conc. Cabil. c. can. 18.* Dictum est nobis, quod in quibusdam locis Episcopi, & Comes abincestuosus, & ab his, qui decimas non dant, vadios accipiunt, & presbyteris, pro quibusdam negligentibus, & inter se pecuniam dividunt. " Sic in *consuetis, Caroli Calvi, tit. 27. post reditum a Consuetudinibus*, c. 6. ibi: " Si de ipsa pacificatione vadit ad nostram partem venerit, ex toto perdonent. " Notatur Vossius, *ubi proximo*, Boquetus, l. 1. *epist.* 120. *de prophetam.*) Ezechielum c. 44. h Canonibus.) Relatis supra in c. 2. *crapula.* i Stephanus.) Papa primus *ep. 1. decret.* ad Hilarium Episcopum c. 23. ubi dum rerum sacrarum dignitati consulere omnibus votis intendere, ita scribit: " Vestimenta ecclesiastica, quibus Domino ministratur, cultusque divinus omni cum honorificentia, & honestate a sacerdotibus, reliquique Ecclesiae ministris celebratur; & sacra debent esse, & honesta: quibus cum aliis usibus quam Deo, ejusque servitio consecrata, & dicata non sint, nemo debet frui, quam in ecclesiasticis, & Deo dignis officiis, quae nec ab aliis debent contingi, aut ferri,

BIBLIOTECA CENTRALIA
D. A. W. I.